



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

114. De pœnitentibus subitò mortuis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

prodeesse debebunt. simul tamen & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequantur. [ *Mendoza est lectio istius capituli apud Reginonem. Legendum itaque poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant &c.* ]

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Carthag. 4. c. 78.  
Burchard. lib. 18. c. 23.

**CXII.** Pœnitentes qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.

De eadem re. *Ex epistola Siricij Pape.*

Decreta Siricij  
c. 5.  
Burchard. lib.  
18. c. 8.  
\* Cod. M S.  
communicatio-

**CXIII.** Quicunque carnali fragilitate cederunt, his viatico munere, cùm ad Dominum cœperint proficisci, per \* communionis gratiam volumus subvenire.

De pœnitentibus subito mortuis. *Ex Concilio Vafensi cap. LXV.*

Concil. Vaf. 1.  
c. 2.  
Burchard. lib.  
18. c. 24.

**CXIV.** Eorum qui in pœnitentia accepta in bonæ viræ cursu sine communione subito moriuntur oblationem recipiendam, & eorum funera ac deinceps memoriam ecclesiastico affectu prosequendam.

De communione privatis qui vita defuncti sunt. *Ex epistola Leonis Pape.*

Decreta Leo-  
nis I. c. 20.  
Burchard. lib.  
11. c. 52.  
\* Leg. non  
diff.

**CXV.** Horum causa Dei judicio reservanda est, in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium \* differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.